

respondeam, nisi Nos, Reducenda posthinc bona Vicinitatis, ac sincera, et firma
cum Porta Ottomanica amicitia summam Curam habuisse, Pacemq; honestam et li-
beris Viris dignam desiderasse, et desiderare, scripsi ego candidè ad Excellmum
Vesirium, nec non requisivimus Magnum Tartarorum Hanum, simul ac Celsita-
Uram, ut partes agerent publicæ tranquillitatis, et pacificationis obtinendæ. Sed
Propositio mea per ablegatum hominem Nobilem Driantymirski intimata, non
solum locum non habuit, verum acerba, probrosa, plenaq; offensionis et superbia
Epistola, reiecta et repudiata est: a Magno Tartarorum Hano, nihil ad hunc
diem Responsi accepimus. Vestra p̄ro Celsitudo Spem fere omnem tolerabilis
Pacis prœcidit, et Exercitus Turcicus, jam proximas Poloniae Terras inundavit,
hostiliterq; agere incepit. Nihil itaq; superest, nisi ut Nos Deum ter Optimum
Maximum Injustitiæ omnis Iudicem, et Vindicem invocemus, cuiusq; Tutela
Nos et Causam Nostram committamus; deinde ut coram toto Orbe conqueramus
Nos Sactorum, et Vicinitatis securos, sine ulla data minima causa, armis Tur-
cicis impetitos esse, Conditiones Pacis ipso bello seuiores, a Nobis adhuc exigi,
nec ullum modum meliorandæ, et moderandæ Pacificationis restare. Ac licet
nondum per Dei gratiam acie Victi et perdomiti simus, magnosq; et validissimos
Exercitus in expedito habeamus, attamen cum bella ideo gerantur, ut in Pace
vivere liceat, Consultum Virum est dare publico Comitiorum Decreto summam
potestatem tam belli, quam tractandæ, et concludendæ Pacis. Armis et Excell-
Dni Supremo Marschaleo, et Generalissimo Exercituum Poloniae Duci, crastina
die Varsavia ad castra discessuro. Neq; recedimus a grate accepta media-
tione Celsit: Ure, quam Nobis Anno præterito Ulro ipsamet obtulerat. Pro-
inde si quid interuenerit, occasionis et mediocri, quibus Pax honesta et
liberi valeat, percommodum erit, ut Armis Celsit: Ure, cum memorato Ex-